

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0120

**LOG Titel:** De Scope. Cap. IIII.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

*Miraris nō pro quōdā carmine dicitur Ouis,  
 Sit vetus à prouo cum tibi nomen Oibō?  
 Auris eſt, ſimiles, & habes ceu Nocturna plumas,  
 Saltantemq̄, auceps mancipat apus auem.  
 Hinc fatuos caput & faciles nos dicimus Otos,  
 Hoc tibi conueniens tu quoq̄ nomen habe.*

10

### DE SCOPE. Cap. III.

**E**ſſi magnitudinis merito Scops & Vlyzæ & Aluconi, quibus minor eſt, poſtponenda veniret, non vna tamen de cauſa Aſionem ſtatim ſubiungēdam eſſe putauī. Toto enim corporis habitū Aſionem ita exprimit, vt niſi magnitudo diuerſa eſſet, inquit, Bellonius, eadem auem diceret. Nam inter cætera inſignem illam notam cum eo communem habet, quōd cornuta ſit, moribus etiā & ingenio illi eſt quam ſimillima, nempe & ſaltandi libidine, & imitatione mimica. Deniq̄, quoniam his ipſis proculdubio de cauſis ab authoribus pleriq̄, præſertim a Theodoro Gaza cum Aſione confundatur. Quin & hoc curauimus ne cornutas ſeu auris aues nocturnas, vt potē ſpecierum quadam cognatione iunctas ſepararemus. Reliquis etiā quæ ſequuntur, aures deſunt,

### Æ Q V I V O C A.

*Scops piſſes.  
 a L. 14. c. 2. Salta-  
 tio.*

**S**cops Athenæo genus eſt piſcis, Ex eodem Athenæo apparet, quod  $\Sigma\kappa\acute{o}\psi$  & fortē  $\sigma\kappa\omega\mu\alpha$  ſaltationis quoddam genus, ſiue geſtus inter ſaltandum fuerit. Nam  $\sigma\kappa\acute{o}\psi$  (inquit) *geſtus quidam eſt proſpicientium, extrema manu ſupra faciem inclinata, vt Aechylus etiā teſtatur. Solent quidam manu oculis hoc modo ad frontem imam opponere, ſpectaturi aliquid, ne offendantur a luce, & vt oculorum imbecillitati conſulatur, & fortē qui Scopem ſaltant, imbecillibus ſeſe Scopum aut Noctuarum inſtar oculis eſſe hoc modo ſimulant, qui lucem apertam ferre nequeant. Quanguam ſcriptores piſci, vt Athenæus, ſaltationē quādam Scopem dictam velint, non ab hac oculorum proteſtione, ſed à motuum & geſticulationum varietate, quod auis hæc imitari ſimiliter varijs moribus geſticulari ſoleat. Nam & Pollux, in Scope ſaltatione (inquit) *quæ eſt  $\sigma\kappa\omega\mu\alpha$  dicebatur, collum quodammodo circum agebat ad imitationem auis eſuſdem nominis, quæ, dum ſaltans imitatur homines, capitur.* Sed decentior aptiorq̄, forſan hæc ſaltatio fuerit, quæ cum corporis geſtibus, tum viſus infirmitate Scopē imitatur. Imitabātur reſte b Scaligero in hac ipſa morphaſmi ſpecie etiā ætates. Itaq̄, ſenes exprimebāt cū ſcipionib⁹. Iiſtū ſaltātes *ὑποζωοντες* nominabāt. Si quidē *γυπῶνες* ſignificatur ligna teretia, quo nomine dicebātur, qui in grallatorijs phallis ſaltabāt amici pellucida veſte Tarētina.*

*b. L. 1. Por-  
 et.  
 Epoz/πo-  
 ves. qui.*

### SYNONIMA.

*a l. 9. c. 14*

**A**thenæus Alexandrū Mindium citat, qui apud Homerum aliquos  $\kappa\acute{o}\pi\alpha\varsigma$  legere, abſq̄ ſigma initiali tradat, & Ariſtotelem ſic  $\sigma\kappa\omega\pi\epsilon\varsigma$  nominari. Idem annotat Euaſthius in quintum Odyſſææ, necnon Aelianus Speuſippus quoq̄ (inquit) & Metrodorus  $\kappa\acute{o}\pi\alpha\varsigma$  dixerunt. Iiē Epicharmus. Frequentiùs vero legitur Scops, cuius hæc nominis ratio eſt. Scopes Græcè dicuntur (inquit) Euaſthius, vel a voce inepta *παρά τὸ  $\sigma\kappa\alpha\iota\acute{o}\nu$  ὄπαιον*  $\chi\lambda\eta$ . Cacophoni etenim ſunt, vel quò vocē noctu emittāt *παρὰ τὸ ἐν  $\sigma\kappa\alpha\iota\acute{o}$  ἔϊς νυκτὶ ἀφίεται ὄπαιον*, vel quò noctu maximè cernant *παρὰ τὸ ἐν  $\sigma\kappa\alpha\iota\acute{o}$  ὄπαιον ἐκφρῖνετο*, vel deniq̄, quod varietate geſticulationū, quibus naturaliter viuunt homines *σκῶπτοντας*, id eſt, qui illos deridere, & deludere ſolent, reſerāt. Quinimò verbum *σκῶπτεω* deductum eſſe ab his ipſis auibus Athenæus author eſt, quod imitando irridere ſignificat. Apud Germanos quidem, Græco huic verbo *σκῶπτεω* ſimile fere eſt, & cuius eſt ſignificationis ſpotten. Apud Latinos hæc auis Scops nomē nondū inuenit, quod enim Aſionem ubiq̄. Gaza pro Scope vertit, & alij forſan eius verſione decepti, idem exiſtitant, toto ſanè cælo errant, quod antè etiam monuimus. Eam verò auem, quā nos argumētis paulò poſt adducēdis adductū, Scopē eſſe putamus, Itali vulgò Chiuino Boniſe ſp̄ertim vocāt. Cūm n. Chiu ſit & nomē & vox Ori propria, hæc verò auicula & ſpecie ac figura corporis, necnon voce eundē, quā maximè repræſentet, ſola corporis magnitudine ex-

ccpta

cepta & coloris modica diuerſitate, non temerè voce à Chiù diminuta, hãc Scopem Chiuno, b l. 2. de a  
usb. c. 35.  
 quali Ocum paruum aut puſillum dixerit. Eãdem ob cauſam Gallis, vt teſtatur b Bellonio, vn  
 Petri Duc, quaſi paruus dux nuncupatur. Quod autem Vlulam Latinorum ex hac aue faciat nõ  
 probo. Nam Vlulam cornutam nullis veterum habet. Scops verò & Chiuno Itatorum & quã  
 ipſe pingit pro Vlula, cornibus ſeu auribus in vertice inſignantur. Præterea auis hæc, quam ip  
 ſe Vlulam, nos Scopem putamus, Noctua minor eſt, vt eſſe debet. At verò Vlula, iuxta c Aristo  
 telẽ, *Aluconi compar.* nõ eſt Gallinaceo maior, aut faltem æqualis eſt Germani hæc aue vt potè  
 quæ apud ipſos rara ſit inuentu, & exotica, paruam Noctuam Italianam vocant, *Kleine froembd*  
 oder *Vuelſch Kutzle*. Neq. enim Noctuis admodum diſſimilis eſt. Alioquin aliud genus huius ſi  
 millimum, ſed Italicis albidius, cauda longiore, auriculis altioribus *Tſchauytle* vocant, quaſi  
 Afionem exiguum dicãt, ſimili nomenclaturæ quam apud Italos & Gallos, ratione, Itali, qui  
 montem Plumbicum in Ducatu Vrbinatè incolunt, hanc auem Alocharello vocant id eſt, *Alochar*  
 luconem paruũ. Adeò varia & promiſcuã cõfuſaq. eſt apud diuerſas nationes auium nocturna  
 rum appellatio, quæ pterumq. ab analogia quadam, quæ inter res ipſas ſi, detorquetur, & ab  
 alijs nominibus potiùs, quàm à rei natura, vt potè quæ vulgo, imò etiam doctis ignota eſt, pe  
 titur.

## GENVS. DIFFERENTIÆ.

**S** Copſ Ariftoteli & Plinio peculiaris quãdam nocturnarum ſpecies ponitur Quare haud  
 rectè, vel ad Oros vel ad Vlulas, vel etiam ad Noctuas reducetur. Hoc tamen ei cum  
 Afionibus & Bubonibus commune eſt, quòd auritus ſit. Cum Vlulis verò, quòd pedes  
 vtrinq. in æquũ digitorum numerum diſperſitos habeat, vti & Alucones. Cum Noctuis autem  
 conuenit, quòd pedum poſitione, figura, colore deniq. & magnitudine his, quæ a alijs prop  
 rior eſt. Hinc eſt, quòd hæc auis alijs Ori genus, vt a Goropio, exiſtimatur, nonnullis Vlula, vt  
 Bellonio, alijs deniq. vt Ornithologo, Noctua aurita minima, omnibus verò aliò quam quòd o  
 portet, reſerentibus. Propria enim per ſe ſpeciem ſub nocturnorum genere conſtituit. Duple  
 x huius reperitur diuerſitas; vna & quam hic delineatam dabimus, Italiae noſtræ ſiquens.  
 Altera huic ſimilis apud Germanos extat noſtrate albidior, cauda longiore, auriculis longiori  
 bus, reliqua ſimilis. Veteribus, ut Ariftoteli & b Alexandro Myndio, Scops in duplici genere  
 traditur. *Quidam enim* (inquit ille) *omnibus anni temporibus patens & eam ob rem perennes, & æu*  
*quomus, id eſt, Semper aſiones vocabulo compoſito appellantur, qui eſus inepſi ſunt propter vitium car*  
*nis. Aliqui autumno interdum apparent, nec plus vno aũ altero die commorantur, qui eſus ſunt a*  
*pi, & valdè probantur.* Diſſerunt hi nullo frẽ alio à perennibus illis, niſi corpulẽtia pingui, &  
 quòd vox his deeſt, illis minimè. Quidam Germani docti viri Scopem illum, qui ſemper conſpi  
 ciatur, *Keurzin* interpretantur Germanicè, hoc eſt, Noctuam paruam, alterum verò, qui in au  
 tumno tantum apparet uno atq. altero die, ein *Steinul*, id eſt, Noctuam vel Vlulã faxatilem; illi  
 inquit; *ðporos* ſunt, hi clamant ſub crepuſculo. Atqui auis, quam Germani *Steinkutzle*, id eſt, No  
 ctuam faxatilem nominant, auriculas nullas habet, Noctuis potiùs adnumeranda; quare Scops  
 auritus eſſe non poteſt, niſi huius etiam generis auritæ quãdam Noctuæ inueniantur; ſic peren  
 nes Scopes vocales eſſe ex Athenæo diximus, autumnales minimè: qui tamen e contra iuxta  
 hos viros clamant, vt illi muti ſunt.

## DESCRIPTION.

**S** Copſ ab Alexandro Myndio citante a Athenæo, necnon b Aeliano, alijsq. veteribus, ita  
 depingitur, vt dicitur eſſe minor noctua, & in colore plumbeo albicantia puncta habe  
 re, & ab vtriſq. temporibus duas pinnas ſubrigere. Scops alterum genus, quòd autumni  
 tantum aliquot diebus apparet, altero illo perenni minus corpulentum eſſe, & Turturi, *Palum*  
 boq. ſimile Sed videamus, num auis hæc, quam Scopem eſſe credimus omni ex parte veterum  
 notis reſpõdeat. Quam noſtrate Chiuno vocant, omnium paciũ nocturnarum propè mini  
 ma eſt, ſi vnã eamq. rarã excipias, quæ Alaudam non ſuperat, Noctua minor eſt, maior Tur  
 do, *Palumbo* ferè par paulò tamen minor. Dodrantem eius longitudo implet. Magnitudine tan  
 tum corporis & colore non nihil à Bubone diſſerre videtur. Caput eius teres inſtar globuli,  
 plumulis veſtitũ, coloris vbiq. plũbei. Roſtrũ ei breue, obuncũ, nigrũ. Aures vel plumulæ in au  
 tiũ modũ, ſutretæ, in mortuo vix aparẽt, in viuo maniſteſtiores & ex vnã tãtũ pinula cõſtãtes.



**Color.** Potissimus totius corporis color superficietoni cinereus est, hinc inde non nihil admixto plumbeo, maculis plurimis albicantibus, & plusquam vlysis alterius rapacis nocturnae, ornatu pulcherrimo distinctus. In maioribus alarum & caudae pennis transversim positae maculae albae spectantur; Minores reliquas omnes praeter notas transversas linea in longum nigra fecat. Ruffo praeterea decore promiscue per totum respergitur, potissimum circa collum, & alarum initium. In ventre plumae magis, quam alibi candicant, quarum vti omnium etiam reliquarum radices nigrae sunt, sed haec peculiariter medio ruffescunt, caetera albae, notis minimis iisque, nigris variegatae. Oculi quales plerisque nocturnis, ignei, crocei, splendidi. Tibiae plumosae ex cinereo subruffae: pedes habet exiguos fulcos ad plumbi colorem obscurum accedentes, squamosos, de-

**Oculi.** nigrae sunt, sed haec peculiariter medio ruffescunt, caetera albae, notis minimis iisque, nigris variegatae. Oculi quales plerisque nocturnis, ignei, crocei, splendidi.

**Tibiae.** plumosae ex cinereo subruffae: pedes habet exiguos fulcos ad plumbi colorem obscurum accedentes, squamosos, de-

**Pedes.** modo a nobis descriptam avem Vlyulam esse arbitratur, sola nominis Gallici coniectura ductus, quae a similitudine Latini petiitur, nempe quod ea Gallis Hulotte vocetur, aliter Huette. Posterior tamen vox ad Bubonem & Afionem nomen Chat-huant proprius accedit, quam Vlylae, etsi Vlyla cornibus seu auriculis plumeis careat. Vlyla insuper iuxta mentem e Aristote-

**anim. c.** itaq. auicula agnoscere est, auriculas in primis a supercilijs, (vt inquit e Aelianus) secundum vltra-

**28.** Gazae que tempora singulis plumulis vtrobiq. compositas. Deinde Noctuae minorem esse, & Palumb-

**& Bellonij** bo ferè aequalem. Denique notas plurimas habere albas in colore leucopheo. Malè igitur Ga-

**dl. 2. c. 36** error. za Scopem Afionem esse putat, cum Afio sit Noctua longe maior. Neq. rectè d Bellonius hanc

**cl. 8. bc 4** modo a nobis descriptam avem Vlyulam esse arbitratur, sola nominis Gallici coniectura ductus, quae a similitudine Latini petiitur, nempe quod ea Gallis Hulotte vocetur, aliter Huette. Posterior tamen vox ad Bubonem & Afionem nomen Chat-huant proprius accedit, quam Vlylae, etsi Vlyla cornibus seu auriculis plumeis careat. Vlyla insuper iuxta mentem e Aristote-

lis Gallinacco compar est, at haec avis ipso eodem teste nocturnarum rapacium minima

10 Nos Vlutam, qualem Ornithologus, dabimus tribus antè digitis præditam, cætrâ atque Scops, qui binos vtrinq; habet. Hinc etiâ perperam tradi patet à Eustathio Scopes esse, quos Romanus seu Latini Kouphous vel Goufous vocant. Hodie Guuo nostris dicitur Bubo, a Scopè ceterè longè alienus.

Kouphous  
Goufous.

V O X.

Vocales sunt, vt docet Aristoteles, Scopes illi, quos quia semper apparent, αἰσχωπτες, id est, perennes vocant. Hi forsân fuerint, quales nuper calamo delineauimus, apud nos frequentes & sub crepusculum canentes, sonum q. edentes, quem nomen vernaculum exprimit Chiuin. Alij qui rarò apparent, muti sunt. Vocem Scopum in amœnam infusamq; esse Alexander Myndius scripsit, vti omnium ferè nocturnarum. a Gyllius tãquam ex Aeliano; Scops, inquit, omnes oris expressione, & articulata uoce longè superat, & quædammodum Pisticus & Pica, sic hominum & aliarum autum uoces exprimit. Nos uerba hæc non apud Aelianum sed apud b Athenæum legimus. Πάντα δὲ τὰ τῶν ζῴων ὑγλοσται καὶ διηρωμινα ἐστὶ τῶν φωνῶν καὶ μιμείται τὴς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ὀρθωνήγους. Quo in loco, et si Athenæus tū prius, tū post de Scope scribat; attamen uerba hæc nō mihi uidentur ad Scopem pertinere, sed in genere ad aues, quarum lingua latiuscula, adeoq; liberior, & uox articulatio est, vt illas, & hominum sermonem, & aliarum auium uocem imitari dicamus. Quod quidem non solum Scopem non facere puto, sed neq; ullam aliam nocturnam auem. Scops enim gestu corporis & circumactione colitantium, non autem uoce ad imitationem compositus uidetur.

a l. 2. Hist. ani. c. 36.  
b Lib. 9.

Scopè non  
uix uoce  
articulata.

I N G E N I U M.

Scopes aues (inquit Aelianus) quarum a Homero mentionem facit, cum earum multas circum Calypsus antrum uersans scribit, uiri bene saltandi periti tradunt cum saltatione comprehendit, tum genus quoddam saltationis esse, quæ (si adhibenda ijs fides sit) Scops appellatur. Nam quod ijs auiibus iucundissimum sit quosdam ridiculè imitari, ex eo profectum uerbum est σκώπτες, id est, effingere & non aberrare ab eis imitandis, quos ludicra assumptione imitantur. b Plinius mimicos hocce motus ac gestulationes Scopi à ueteribus attributas miratur, & uix credit: ita, n. inquit, nominantur ab Homero Scopes auiū genus, neq; barum satyricos motus cum insidens, plersq; memoratos facillè conceperit mens: neq; ipsa iam aues nascuntur. Nos uero non femel ridiculos hocce gestus in pluribus nocturnis, præsertim in auritis obseruauimus, nec quicquam prodigioli aut monstri subesse imaginamur. Cum enim colla retrò agilia habeant, caput modo adducendo, modo protendendo, vertice nutando, humeros iactitando, saltitando, hystriones quodammodò imitantur.

a In Odyf.  
Scops saltationis  
genus.  
b L. 10. c. 49.

G E N E R A T I O.

De generatione Scopum (inquit Aristoteles) quam sit, nihil adhuc exploratum habemus nisi quod Fauonij statibus apparent. Certum enim hoc est. Plinius Scopes amplius nasci negat, quia scilicet imitationes illas mimicas in Scope non capiebat. Cum uerò species rerum sint sempiternæ iuxta mentem Philosophi, & reuera quamdiu saltem generationis & corruptionis rerum stante mundo, duret uiciisfitudo, Plinium falli manifestum est.

a l. 9. hist. cap. 28.

A N T I P A T H E I A.

Scopes, ut in Aeliano addit a Gyllius mali punici grano pereunt. Verum id in textu Græco non legitur.

a l. 6. Hist. ani. mal. cap. 46.

D E N O M I N A T A.

Σκωπῶναι Græcis à Scope fortassè denominantur, apud Timonem in Laconia non infrequenter, homūculi, scilicet parui, σκίλλωνες ab alijs dicti, qualis etiâ Python Dindaricus fuisse uidetur.

Pigmæi.

li. 9. c. 13

**A**ΕΙΣΚΟΠΕΣ teste a Atheneo. esui, non sunt propter vitium carnis. Qui verò autumnò tantum vno aut altero die apparent, sunt edendo vtilis & valdè probantur.

## DE ALUCONE. Cap. V.

**A**luco proximum saltem ab Otis merebatur locum, quòd magnitudine ipsi nihil ce-  
deret. Scops tamen ei locum præcipui, ne aues nocturnas auritas, quæ ad idem ge-  
nus quodammodò pertinere, vel hoc nomine videbantur, diuelleremus. Maxime ue-  
ro, quia pro Alione seu Oto a plerisq. haberetur, idq. ob multa, quæ vtriq. sunt cõmunia. Discrimen  
enim similitum non minus, quàm contrariorum, si iuxta ponantur, magis elucescit, & mino-  
ri negotio notatur. Nunc verò reliquis non auritis Aluco, vel hoc meritò præponendus venit,  
quia magnitudine superior est, non Noctuis tantum, sed & Vlutis, ut potè qui Gallinaceo etiam  
maior est.

## Æ Q V I V O C A .

**E**υός, quod Græcum alioquin Aluconis nomen est, tanquam significati præcipui, signifi-  
car præterea mensam coqui, seu lanij, ut Suidas scribit: videtur autem acui vltima ad dif-  
ferentiam vocis εἰλιός quæ misericordia est. Εἰλιός vero per ei diphthongum in penultima Acci-  
pitrus genus esse scribitur Helychio & Varino. Sed alias etiam nocturnas aues, non hanc tantum  
Grammatici quidam cum Accipitrum & Aquilarum genere ineptè confundunt. Glis etiam ani-  
mal quadrupes εἰλιός vocatur. Est & εἰλιός per ai iuis nomen de qua inter Paros agemus.  
Item εἰλιό, aut fortè εἰλιό parua est auis, quæ εἰλι, id est, paludes inspeçtat ab arundinibus.

## S Y N O N I M A .

**E**'ΑΕΟ'Σ Græcis Aluco dicitur, & fortè εἰλιός cum aspiratione, quasi εἰλιός, id est, palustris  
dicendum. Nam Vlutæ quoddam genus à paludibus Germani etiam Masshv appellat.  
Quod nomen alioquin etiam Buteoni tribuunt, quòd corporis specie aliquatenus Vlutam aut  
Bubonem referat. Αἰλιός legitur apud a Aristotelem, vbi Gaza vertit Ciconia, quasi legerit  
πελαργός Sed apparet hoc nomen Italicum esse aui nocturnæ ab aliquo fortè ascriptum, vt vo-  
cem Alcalaphon interpretaretur, & à librarijs postea perperam insertum. Syluatico Ololigus  
est Luocalis auis; videtur autem Luocalè pro Alocho, vel Alucone dixisse. Ololygon quidem  
apud Græcos varijs modis accipitur, à nullo tamen pro aue nocturna, etsi onomatopœia ipsa  
ad Vlutam auem accedat. Alioquin Aristoteles ranarum marium vocem, qua fæminas ad coi-  
tum alliciunt, ololygna nuncupat. Vocis Bluco, qua nunc Latini vtuntur, author est Aristote-  
licus interpres Gaza, quæ iam ab Italis mutuatus videtur. Hanc enim vulgò Alocho nomi-  
nant: vnde ipse vocem Aluco formauit, quæ apud veteres Latinos nusquam reperitur. Quod  
idem aliàs sæpius in Latinorũ vocabulorum penuria fecisse comperit. b Albertus vbi apud  
Aristotelem εἰλιός legitur, habet Aquila Alem, nimirum ex Auicenna, qui cum reliquis Arabi-  
bus Græce linguæ ignarus, ideoq. malè Aristotelem vertens, & peius ipse à semel latinis homi-  
nibus, ut potè nec Latine nec Arabice callentibus traductus, omnia fœda barbarie conspurca-  
runt, & tenebricosam illam nubem naturalibus rebus obtenderunt. Cæterum vernaculi huius  
uocabuli originem indaganti, neque aur domi nostræ, multo minus apud Græcos Latino suè  
eam reperenti, commodum in manus uenit V Volfgangi Lazij de gentium transmigratio-  
nibus liber, antiquitates cum gentis tum linguæ Germanicæ continens, qui mihi fidem fecit;  
(nam ut cuique artificio in sua arte, ita & cuilibet homini in suo idiomate, tanquam eius peritò  
credendum est.) Alocho nomen a Germanis petiitum esse. His enim Lochen seu locken allicere  
signat, & locker allectorem. Vnde addito articulo à pro ein, quo superiores Germani Au-  
striaci præcipuè, frequentissimè utuntur, sit à Locker, & immutatum Alocho. Eo autem no-  
mine non temerè donatus videri potest, quòd vt multis alijs nocturnis, ita & ipso aucupes re-  
tibus vniuinibusq. inuisicatis auiculas capiendas alliciant. Multis enim alitibus insitum est ad  
aues nocturnas vbiuq. visas, propter formæ nouitatem, tanquam ad rarum quodam spectat-  
culum denso grege confluere, ita vt Bubones, Vlutæ ac Alucones omnis illecebræ instar sint.  
Itaque incautè aut inuisicantur aut irretiuntur. Pariratione forsan ac origine nostratibus acus  
frugum nimirum glumi palcæuè ac quisquilæ locco dicuntur, quod ijs aut Gallinas agricolæ  
columba.

εἰλιός.  
εἰλιός.a l. 2. Hif.  
circa fin.  
Ololigus.  
Luocalis.

Etymolog.

a l. 8. c. 3

Loco vni-  
de dica-  
tur.